

Mythologia, Francfort, 1581 - III, 14 : De Somno

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[28\] : De Somno](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 14 : De Somno](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 15 : Du Somme](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 14 : Du Somme](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - III, 14 : De Somno, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5929>

Copier

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 236-240

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Sommeil](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ferendam esse demonstravit Plut. in consolatoria. Et profectò nihil aliud est vita, quàm vsura lucis à Deo nobis mutuo concessa; quæ si repetatur, non ægrius ferendū est, quàm si in domum amici profecti vesperti domum nostram redire; aut instrumentum mutuo acceptum, reddere domino iubeamur. quare nulla certè nobis fieret iniuria, si à Deo quod suum est repetatur. de qua quoniam nihil mysticè dictum ab antiquis video, reliqua quæ de illa dicuntur fabulosè prætermittere deinceps, & de Somno pertractare.

De Somno

CAP. XIII.

QVOD Somnus ex Erebo Noctæque natus sit, dictum est iam superius: cui præter supradictas Mortem sororem etiam addidit Orpheus. Huic *Ἰλπίδας* siue Spes sorores quidam ex antiquis iunxerunt. Hunc tamen non ab inferis, sed è cælo missum fuisse ad Palinurum scripsit Virgilius libro 5.

*Cum lenis ætheris delapsus Somnus ab astris
Æra dimans tenebrarum, & dispulit umbrat
Te Palinure petens.*

Hunc alatum esse tradiderunt poetæ, quia celerrimè universum terrarum orbem peragret, & leuissimus ac tacitus inopinantium oculos aggrediatur, ut ait Tibullus in secundo Elegiarum:

*Post hæc Venit tacitus fuluus circumdatque alis
Somnus, & incerto Somnia nigra pede.*

Illud verò quod scribitur ab Homero in principio secundi libri Iliadis, nō faciliè intelligo, cur Somnus scilicet à Ioue mittatur ad excitandum Agamemnonem, quo armari iuberet multitudinem: cum sit Somni munus vel magis etiam opprimere somno grauatos, quàm excitare: nisi tamē pro Somno Somnia ibi intelligantur. Hic Somnus facit ut vulnera, ut vincula, ut seruitutem, ut carceres, ut omnia incommoda mortales, dum adest, æquo animo ferant, ut omnium malorum obliuiscantur, ut omnes animi curæ sollicitudinesque recedant, ut ait Euripides in Oreste:

*ὦ φίλαν ὕπνου εἰληνητρον, ἰπικουρον νόστυ,
ὥς ἡδ' ὅ μοι προσήλασε ἰνδ' ἰορτί γα.
ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὥς εἰ σοφῆ,
ἅψ' ἅπαντας δουρυχοῦσιν ἐκταΐα θεός!*

Somme

ratione ausurum contendit: tanta est regum summorumque Imperatorum felicitas: qui, cum ut Dii coli videantur, omnium etiam mortalium sunt miserrimi. Fabulosam Somni ciuitatem, in qua Somnia habitare dicebantur, non ineleganter descripsit in libro secundo verarum historiarum Lucianus: qui in amplissima planitie illam sitam esse inquit, circa quam sylua est frequentissimis procerisque arboribus, quæ papauera sunt, altissimæque mandragoræ, atque herbe ibidem complures, quarum succi inducunt soporem, quæ florent ubique in illa planitie. Magna vespertilionum copia est huc illuc ad illos arbores volitantium, & noctuarum, & bubonum, & nocturnarum auium: neque ullæ præterea aues ibi esse consueuerunt. Fluius hanc urbem alluit placidissimus Lethe nomine, quem alii Nyctiporum appellant, cuius cursus tacitus est, & oleo persimilis. Nasceitur is è duobus fontibus in obscuro & nulli cognito loco searentibus: quorum alter Pannychius, alter Negretus appellatur. Habet hæc ciuitas duas portas, alteram corneam miro quodam artificio constructam, in qua omnia prope expressa sunt, tanquam in pictura, quæ dormientibus vera insomnia occurrunt: alteram ex ebore candidissimo, in qua & ipsa sunt Somnia, sed non expressa, at adumbrata tantum. In hac ciuitate templum est Noctis augustissimum omnium, quod eximia religione colitur. Tum aliud est Apates Dæ, & aliud Alethiæ delubrum, in quibus utrisque & adytum esse inquirunt & oracula. At Somniorum à quibus frequentissimis ciuitas habitatur, nulli eadem est forma: siquidem alia sunt gracilia & parua, & cõtortis cruribus & gibbosa, & monstris similia, alia procera suauisque facie & rubicunda, & aurea, ut ita dicam: alia sunt terribili aspectu, & alata, & videntur assidue aliquam calamitatem minitari: alia sunt regalæ pompa luxuque induta. Quam ciuitatem si quis mortalium ingreditur, continuo illi sunt obuia domestica Somnia, quæ blandè venientes excipiunt, atque aliquæ semper prædictarum formarum se illis offerunt, modo aliquid letum, modo triste nuntiantes, quæ modo fidem seruant, quod quidem peccatò accidit, (mendax est enim magna ex parte illius ciuitatis multitudo & subdola) modo contraria etiam loquuntur, atque in animo excogitauerint.

¶ Hactenus de Somno, nunc quæ conficta sint de illo, explicæ.

placemus. Somnum non ausum esse Iouem sopire idcirco fingitur, quoniam illi cui commissa est rerum omnium cura & administratio, dormire non conuenit, neque diuina natura Somno indiget, ut per illum vires recuperet, aut incrementum capiat, cum nullum vel laborem vel incommodum patiatur. Letheque Somni sororem illa de causa faciunt, quia per Somnum omnium erumnarum & malorum obliuiscimur. Qui cum ad multa animalia eodem tempore veniat, & citissimus & alatus fingitur, & Noctis filius. Cum enim noctis humor stomachi vapores ad supremas partes corporis ascendentes auget, qui postea facti frigore cerebri frigidiores descendunt inferius, atque ita gignat somnum, iure optimo Somnus dictus est Noctis filius. Ab illo maximè plantarum & animalium omnium fit incrementum, quibus per ætatem id licet, quod accidit nocturni humoris beneficio: cum vis diurni caloris interitum tanquam occulta vis fermenti in corporibus lateat, dum nox superueniat. Ex iis igitur vaporibus nascuntur plures somniorum formæ pro ciborum, regionum, temporum, impetitionum in mente negotiorum, ac pro temperamentorum cuiusque varietate: quæ omnia consideranda sunt in explicandis somniis. Nam somnia sunt tanquam duces aut exploratores aliquando medicis ad dignoscendos morbos, cum fiant pro vaporibus diuersa, quævis somnia aliquando formæ sint rerum optatarum, quæ subministrantur ab ipsa phantasia. ut enim ait Artemidorus in lib. I. de somniis, ὅτι τοὶ ἐν τῇ κίνησι καὶ πλάσει ψυχῆς πολλαὶ εἰσὶν εἰρηματικὴ τὴν ἐννοεῖαν ἢ κακὴν. *somnia autem sunt matris vel fermentum anima multiplex, significans vel bona vel mala futura.* Consimili ratione spes addiderunt sorores, quia sæpius in rebus dubiis, vanosque habentibus exitus, collocantur, quare euanescent tanquam somnia. Alii tamen humana, alii diuina esse somnia contenderunt. Ciuitas autem illa somniorum quæ descripta est superius, propter humorum abundantiam, ex quibus somnia oriuntur, apud Oceanum fuisse fingitur, ut patet ex his carminibus:

πᾶρ δ' ἱερὰ καὶ τὰ πόδας, καὶ Λευκάδα πέτρην,
ἧδ' ἰπὸν ἑλάνιον πόλιν, καὶ δ' ἡμῶν ὀνείρων.

*Oceanus fluctus petiere, et Leucada petram,
Et Solis portas, quæ gens insomnia fertur.*

Dicuntur esse duæ Somniorum portæ, ut diximus: atque per

corneam vera somnia exire: quod ita fictum est, quia sicut ignis in laterna inclusus si cornea sit, & subtilis materia, facile lumen transmittit, atque aliquo pacto videtur: ita si corpus hominum fuerit per temperatiam ab omni sordidorum humorum colluvione expurgatum, facile anima per id veritatem, & spectra sibi diuinitus oblata recipit, quæ somnia ix Διὸς ἰσῆν. At si crassa fuerint corpora, & multorum ciborum, vel sordidorum humorum è diuturna crapula oppleta, tunc ea corpora animam tanquam in laterna cui eburnea sint latera & crassioris materię, inclusam veritatem somniorum intueri non patiuntur: quod per somni portas Homerus explicauit & Virgilius. Didymus tamen pelliculam primam oculorū corneam habere formam sensit, atque visa significare ebur dentes sunt, quia falsa insomnia edunt. nam veriora certioraque sunt visa, quàm audita, & ab aliis relata. ac de Somno hæcenus, nunc dicamus de Hecate.

De Hecate.

CAP. XV.

AT Hecate quibus è parentibus orta sit, non facile affirmauerim: siquidem alii ex aliis natam esse tradiderunt. Bacchylides Noctis filiam esse dixit, cum inquit:

ἡ κατὰ δ' ὁδοφόρον Νεκτὸς μεγαλειόπαις θυγάτηρ.

Hecate facisfera Noctis ampla filia.

Musæus Iouis & Asterię, Pherocydes Aristæi Pæonis filii, Orpheus in Argonauticis Tartari filiam putauit, quam ita cum Eumenidibus ad sacrificia accedere scripsit:

σὺ δ' αἰολόμορφος ἴσῃς
τριστοκίφαλος ἰδὲν, ὅλα δὲν τήρας, ἥτι δ' αὐτὸν,
τὰ ρταρόπαις ἔ' κατὰ.

Cumque illis Hecate properans horrenda cecurrit,

Cui trippam caput est, genuit quam Tartarus olim.

Atque idem Orpheus hanc ipsam Hecaten alibi Cereris filiam & Iouis fuisse scripsit, ut est in his:

καὶ ἥτι δ' ἡ ἑκατὸν Δαὸν τίκατο ὑπὸ τ' ἱερῶν
ἐκ Διὸς αἰγιόχοιο.

De Cerere est Hecate sata nobilis atque tonante

De Ioue.

Hesiodus antiquissimi τῆς. ἥτι, qui fuit & Cœci filius, & Asterię filiam Hecaten scripsit:

γῆνατο